

una delle Città di Jaen nell' Andalusia Provincia di Spagna; l'altra in Gerusalemme (27), e si mostrano a' fedeli con molta divozione: et concludit, che il Masini segue a dire molte altre cose di Santa Veronica e di Santo Ama-

HERMAPHRODITUS.

SUMMARIUM

1. Hermaphroditus unde dicantur? — 2. Dari Hermaphroditos, seu androgynos participantis de utroque sexu, apud omnes est in confesso. — 3. Varii referuntur ab auctoribus hujusmodi Hermaphroditus, inter quos Flavius Cherubinus auctor compendii Bullarii, et filius Laertii Cherubinus, qui fuit monialis in quodam monasterio in Urbe, et postea fuit canonicus S. Mariæ in Via lata ejusdem Romanæ curiæ urbis. — 4. Imo apud Indos, et præsertim in provincia Floridæ in America tanta est Hermaphroditorum copia, ut loco jumentorum inserviant. — 5. Refertur curiosus casus duorum Hermaphroditorum, qui inter se matrimonium tanquam vir et femina contraxerunt, et deinde ambo inventi fuerunt gravidi. — 6. Quamvis factos esse ex mulieribus viros multos referatur, nunquam tamen mares viri in feminas mutantur. — 7. Imo volent plurimi casus relatos de feminis mutatos in viros non esse intelligendos de vera mutatione; seu de conversione de femina in marem, sed illas fuisse Hermaphroditas, seu androgynos referendo apparitionem utriusque sexus clitoridi. — 8. Nec fabulosum est etiam mulieres habere suos testiculos, et genitalia æque ac viros, atque ob id non minus quam viros castrari posse. — 9. Imo secundum communem Græcorum et Arabum medicorum sententiam mas et femina solum accidentaliter inter se differunt, et genitalia viri et feminae solo situ distinguuntur, vir habens genitalia foris, eo quia propter ejus caliditatem expellantur, et femina habens intus, eo quia propter ejus frigiditatem intus retineat. — 10. De Hermaphroditis aliqui per locum interpretantur textum in cap. Omne utriusque sexus, de pœnit. et remissionibus, et quidem speciatim Calvinus. — 11. Hermaphroditus est irregularis, et ordinari non potest absque Papæ dispensatione. — 12. Hinc Hermaphroditus in quo prævalet sexus virilis, potest quidem valide, sed non licite ordinari; si neuter sexus præ-

(1. Hermaphroditus, seu androgyni sic dicuntur, eo quod in ipsis uterque sexus ap-

(27) *Primus omnium*, inquit Hyacinthus Serry eam (sudarii romani) « historiam prodidit Marianus Scotus in Chronico, auctor lubricæ fidei, eruditionis exiguæ, recentis ætatis: quippe qui cadente duntaxat undecimo sæculo scripsit. » Mariani Scoti eruditionem, diligentiam, fidem satis apte vindicavit Sandinius de Christo c. 19, § 8, in medium allatis testimoniis Sigeberti, Trithemii, et Vossii ipsius de Histor. Latin. lib. II, cap. 47. Illud non ferendum, quod « primus omnium eam historiam prodidisse » Marianus Scotus dicatur. Nam præterquam quod sudarii nostri meminisse Constantinus Porphyrogenitus, qui integro amplius ante Marianum sæculo vixit, in tantam jam venerat celebritatem imago illa, quam *Vultum Sanctum* dicimus, initio sæculi VIII, et Joannes VII, Pontifex dictus an. 705, in oratorio a se extructo, et beate Dei Genitrici dicato, novo altari posito, et marmoreo desuper excitato ciborio, in eo sanctissimum sudarium condiderit. Quod sane post longissimum octo sæculorum spatium, Jacobo Grimaldo teste oculato, litterati lapides, aliaque monumenta adhuc docebant. Confer opus inscriptum *Della Sacrosanta Basilica di S. Pietro in Vaticano*, Romæ 1750, l. 1, c. 2, § 1. Eodem quoque sæculo VIII, Stephanus III, ut narrat in ejus vita Anastasius bibliothecarius, « in una dierum cum multa

tore suo marito (28). Vide tamen quæ de hoc argumento erudite non minus quam critice profert Nat. Alex. in Synopsi Hist. Eccles. sæc. I, art. 6.

valeat, nec licite, nec valide ordinatur, ad n. 15. — 14. Et a fortiori, nec licite, nec valide potest ordinari, si in eo prævaleat sexus feminus. — 15. Hermaphroditus, qui, prævalente sexu virili, per dispensationem apostolicam fuit valide et licite ordinatus, si postea in ipso prævaleret sexus feminus, retineret quidem characterem sacerdotalem animæ impressum, attamen fieret iterum irregularis, imo non posset amplius valide consecrari et absolvi. — 16. Hic tamen casus non videtur naturaliter possibilis. — 17. Hermaphroditus autem, qui sexum feminum mutaret in virilem, valide quidem ordinaretur, sed illicite sine Pontificis dispensatione. — 18. Hermaphroditus non est admittendus ad professionem, neque in monasterio sexus in ipso prævalentis. — 19. Hinc sacra congregatio Concilii decrevit, quod Hermaphroditæ mulier recepta in aliquo monasterio non est admittenda ad professionem, etiamsi sexus feminus prævaleat. — 20. Imo Hermaphroditæ, si fiat monialis, professio irrita est. — 21. Unde, si femina profiteatur in monasterio monialium, et postea erumpente sexu virili evadat vir, professio non durat. — 22. Hermaphroditus potest valide et licite contrahere matrimonium conformiter sexui prævalenti. — 23. Non potest tamen nec valide contrahere conformiter sexui inferiori et debiliore. — 24. Si vero uterque sexus sit æqualis, tunc potest contrahere matrimonium pro libitu, vel ut vir, vel ut femina, dummodo alteri sexui perpetuo renuntiet, et prius juret, quod in posterum non nisi secundum sexum semel electum copula uti velit. — 25. Nec potest talis Hermaphroditus conjugæ suo defuncto, postea secundum alium sexum licite nubere, quamvis, si ita nuberet, matrimonium validum esset. — 26. Affertur instantia, et solvitur. — 27. 53. De habilitate Hermaphroditæ in vita conjugali. — 54. 57. Quoad juris effectus. — 58. Quatuor Hermaphroditorum species. — 59. 42. De duobus Hermaphroditis, an valide inter se contrahere possint Matrimonium.

pareat: *Hermæ* enim apud Græcos masculus est, et *Aphrodi* Femina nuncupatur; de quo

humilitate sollicite procedens in litania cum sacratissima imagine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ acheropita (non manu facta) nuncupatur, ædem sanctæ Dei Genitricis, quæ ad Præsepe dicitur, adiit. » Hanc autem imaginem a sudario non manu hominis picto, sed ab ipsius Christi facie formato aliam non fuisse, multis evincit cl. Paciaudius Præf. in eruditissimum de *Sacris Christianorum balneis* librum, secundis curis an. 1758 auctiorem pag. 17, seq. Vere igitur sapientissimus Benedictus XIV, lib. III, de Canoniz. Sanct. p. 2, cap. 50, n. 12, ait: « Sive Veronica fuerit pia femina, quæ sudarium faciei Domini admovit, sive Veronica unum, et idem sit cum ipso sudario, certum est, sudarium ipsum insignissimum esse reliquiam, et multis abhinc sæculis cultum in basilica Vaticana obtinuisse. » (EDIT. BARBIELL.)

(28) De Veronica, ejusque sudario præter laudatos Sandinium, Benedictum XIV et Paciaudium, consules Gretserum in Syntagma de imaginibus non manu factis cap. 17, Henschenium t. I, Februar. Bolland. add. 4, Honoratum a S. Maria, tom. II Animadversionum in regulas; et Usum critices lib. IV, diss. 8, art. 4, et Trombellium diss. 9, cap. 54 ac 55. (EDIT. BARBIELL.)

videndus S. Augustinus de Civitate Dei lib. XVI, cap. 8 (29). (2. Dari hujusmodi Hermaphroditos, seu androgynos participantis de utroque sexu, apud omnes est in confesso, teste ipsamet experientia, et plures referuntur passim a doctoribus, ut videre est apud Pignatell. tom. IV, consult. 34, per tot.; Torell. in Demolog. lib. II, cap. 17; Ursayam Instit. crimin. lib. III, tit. 5, a num. 205. (3. Ubi ex variis auctoribus varios refert hujusmodi casus, inter quos unum de quadam moniali in virum conversa, quæ a monasterio expulsa, fuit exinde ut perfectus vir ordinatus sacerdos, et factus canonicus S. Mariæ in Via Lata de Urbe, qui fuerat prius monialis in quodam monasterio ejusdem urbis; is fuit filius Laertii Cherubini, qui obiit 23 Maii 1626, fuitque sepultus in ecclesia S. Mariæ de Scala, teste Abb. Piazz., nella Gerarch. eccles. nella Diacon. della Scala, fol. 1877. (4. Imo apud Indos, et maxime in provincia Floridæ in America, tanta est Hermaphroditorum copia ut eo quia robusti sunt, et exosi, jumentorum loco inserviant; prout de dicta provincia Floridæ testatur Jeson. in Theatr. Orb. terrar. tom. III, his verbis: « Abundat regio Hermaphroditis, quorum servili opera, mancipiorum, jumentorumque loco utuntur, » quem refert etiam Verriell. in tract. de apostolicis Missionibus. tit. 14, Miscellan. qu. 196, dub. 1, num. 2, qui auctor ibid. et dub. sequent. ex Demetrio, Plinio, et Eliano probat lepores utrumque sexum habere, et mutuo coitu absque feminis eorum speciem propagari; darique Hermaphroditos parem et perfectam potentiam habentes gignendi et pariendi. (5. Et de facto Thom. Franc. de Remoral. cons. 25, per tot.; Ursaya Inst. crimin. lib. III, tit. 5, num. 215, et alii, referunt curiosum casum duorum Hermaphroditorum, qui inter se matrimonium tanquam vir et femina contraxerunt, et deinde ambo inventi fuerunt gravidi.

(6. Quamvis factos esse ex mulieribus viros multos referatur, nunquam tamen mares viri in feminas mutantur, nec id fieri posse affirmant medici; teste Card. de Lugo, Respons. moral. lib. I, dub. 31, num. 3, repugnante scilicet natura, quæ semper expetit dignius, et indigniori resistit. (7. Imo volunt plurimi, casus relatos de feminis mutatis in viros non esse intelligendos de vera mutatione, seu de conversione a femina in marem, sed illas fuisse Hermaphroditas, seu androgynos, referendo apparitionem utriusque sexus clitoridi, de quo Amenus de Delict. et pœnis tit. 4, § 11, num. 18, ubi

(29) Multa congerit auctor, quorum alia falsa, alia dubia omnino sunt. Hermaphroditus enim componitur ex vocibus græcis *Hermes*, quæ non masculinum, sed Mercurium, et *Aphroditis*, quæ non feminam proprie, sed Venerem significat. Perfecti Hermaphroditus raro inveniuntur; conversio autem feminæ in marem nunquam fortasse viribus naturæ facta est, deceptique sunt, qui pudendarum partium conformationem inspexerunt. Fide digna Floridæ descriptio adhuc desideratur. Lepores utrumque sexum non habent; Joan. Faber Epos. in Hist. Mexic. f. 812. Diu me torsit, inquit, de leporebus dubitatio an persuasio

FERRAR. IV.

refert, quod id vidit Papæ anno 1669, et sic tenent Gasp. Bacchin. de Hermaphrod. lib. I; Schenchi lib. IV observ. in princip.; Majol. de Irregular. lib. I, c. 27; Riolan. de Hermaphrod. cap. 8; Zacch. quæst. Medic. legal. lib. VII, tit. 1, q. 8, per tot.; Cosp. nel Giudice crimin. part. II, cap. 8, n. 40 et sequent. ubi quod similis casus evenit Spoleti, tempore quo studebat Senis, in qua civitate cum tali Hermaphroditæ fuit sæpe allocutus Ursaya loc. cit., a num. 212 ad 215, et facit casus curiosus relatus supra num. 5, de duobus illis Hermaphroditis inter se matrimonio conjunctis: et ambobus gravidis inventis. (8. Nec fabulosum est hoc, habere etiam mulieres suos testiculos, et genitalia æque ac viros, atque ob id non minus etiam quam viros castrari posse, quemadmodum eas in Lydia castrari affirmat Alcicius in l. *Spadonum*, ff. de Verb. significat., et lib. IV, antiqu. lect. cap. 10, lib. XX, cap. 18, relatus, et secutus a Pignatell. tom. IV, consult. 34, numer. 1. (9. Imo quod mas et femina solum accidentaliter inter se differant, et quod genitalia viri ac feminae solo situ distinguantur, ut quod vir habeat genitalia foris, eo quia propter ejus caliditatem expellantur, et femina contineat intus, eo quia propter ipsius frigiditatem intus retineantur tenet communis Græcorum et Arabum medicorum sententia, ut Galenus, Aegineta, Avicenna, Rasius, et alii apud Andream Laurentium Histor. anatom. lib. VII, quæst. 8. Unde Galenus l. II, de semin. sic precise ait: « Est enim proportio maxima inter genitalia masculi et feminae; omnia quidem genitalia membra tum masculus, tum femina habere eadem videntur, positione tantum, et magnitudine differentia; quin et vasa testes nutritia utriusque sexui ex eisdem venis et arteriis procedunt; » et consimiliter habent plurimi alii.

(10. De Hermaphroditis aliqui per jocum interpretantur textum in cap. *Omnes utriusque sexus* de Pœnit. et remission., quos citat Nevizan. in Sylv. nuptial. lib. V, fol. 531, num. 36, et Paschal. de Orco in Apolog. c. 9, n. 19, impressa post dissert. Cosciæ; Ursaya in Miscellan. sac. et profan., can. et civil. part. II, litt. H, n. 5, et ut refert Bellarm. tom. III, Controversiar. lib. III, cap. 13 de Pœnitentia. Calvinus hæresiarca l. III Institutionum, c. 4, § 7, sic expresse dicit; ibi: « Nam quod jubent boni Patres, omnem utriusque sexus quotannis semel proprio sacerdoti confiteri omnia peccata, faceti homines lapide excipiunt, hoc præcepto teneri solos Hermaphroditos, ad neminem omnes ad unum Hermaphroditas esse. Ideo cum nobiliss. Julio Sinibaldo venationibus deditissimo (qui ultra centum lepores domi suæ, h. e. in oppido Montis Leonis Spoletanæ dioceseos cepit uno anno) omnes lepores accurata lectione perquisivimus: inter quos centum, vix quatuor masculos invenit, reliqui omnes feminae, et quod mireris pleræque gravidæ fuerunt, in his omnibus distinctissimum sexum invenit, et agnovit, et feminae quidem vasa genitalia in feminis, virilia in masculis, etc. (NOTA EX EDIT. ROMANA.)

vero spectare, qui sit vel mas, vel femina. »

NOTA ROMANI THEOLOGI.

Poterat putidum hunc hæreticorum jocum Auctor noster a sua Bibliotheca excludere, cum inde nihil utilitatis percipere queat lector. Idem dicendum de casu, quem proponit, et solvit inferius num. 15, de Hermaphrodito; n. enim seq. naturaliter impossibilem profitetur, et quasdam res satius est omittere, quam inanibus et futilibus dictis lectoris animum inficere.

RESPONSIO AUCTORIS.

Sed si id tradere potuerunt tot classici auctores, loc. cit. a me adducti, cur non et ego? Nonne sic in derisum traducitur Calvinus, et apud suos assectas, et apud alios, ut inde ea habeatur utilitas, quod spernatur ejus secta? et nonne id etiam inservit ad eruditionem? sicuti, et casus propositus, et resolutus inferius n. 15 et seq. auctoritate eminent. card. de Lugo, et aliorum? Legatur, quæso, piissimus, et eruditiss. Clericatus de Sacramento Pœnit. dec. 43, per tot, ubi cum plurimis classicis auctoribus plura satis, quam ego, discutit ac resolvit de Hermaphroditis, et in ejus argumento inter alia, sic tradit: « et circa eos eosdem curiosæ, sed utiles quæstiones scitu necessariæ proponuntur, atque terminantur. »

(11. Hermaphroditus est irregularis, et ordinari non potest absque Papæ dispensatione; Navar. in Manual. cap. 27, num. 203; Piasec. in Praxi part. 1, c. 1, art. 3, n. 2; Major. de Irregularitat. lib. 1, cap. 33, n. 13; Pignatell. tom. IV, cons. 34, numer. 9; Monacell. tom. III, titul. 1, formul. 36, num. 30; Lugo, Respons. moral. lib. 1, dub. 31, n. 1, et alii passim. (12. Hinc Hermaphroditus, in quo prævaleat sexus virilis, potest quidem valide, sed non licite ordinari. Sayrus de Cens. lib. vi, cap. 8, num. 24; Monacell. loc. cit., num. 30; Navarr. in Manual. cap. 27, num. 203; Tolet. lib. 1, cap. 25, n. 4; Suarez. de Censur. disp. 52, sect. 3; Molpheyus in Summa tract. 2, cap. 1, num. 46; Rosignol. de Ordinib. Eccles. part. 1, quæst. 3, art. 1, n. 10, et alii; et ratio quod possit valide ordinari est, quia prævalente sexu virili, reputatur ut masculus, per textum in l. Quæritur 10, ff. de statu hominum, et quod illicite, est quia est irregularis, unde non potest licite ordinari, nisi accedente Pontificis dispensatione. (13. Si vero in Hermaphrodito neuter sexus prævaleat, sed æque invalescat sexus virilis et muliebris, non potest nec licite nec valide ordinari; Sayrus loc. citat.; Monacell. loc. citat.; Valentia t. IV, disp. 9, qu. 4, punct. 1; Suarez t. V, disp. 51, sect. 2; Henriquez lib. x, cap. 16; Fornarius de Ordine cap. 3, num. 1; Navarr. cons. 8, de Ætat. et qual. ordin.; Avila de Censuris part. ix, disp. 3, dub. 5; Sanchez lib. vii, de Matrim., disp. 106, num. 10; La Croix lib. vi, part. vi, num. 2215; Rosignol. loc. cit., num. 10, et ratio est, quia talis æque est femina quam vir, nec potest dici magis masculus quam femina. Subjectum

autem ordinum debet esse determinate masculus ex divina institutione, ut est communis, ac certa doctorum. (14. Et a fortiori nec valide, nec licite potest ordinari, si in eo prævaleat sexus femineus, quia prævalente sexu femineo Hermaphroditus habetur pro femina, ex cit. l. Quæritur 10, ff. de stat. homin. Femina autem non est capax ordinum; arg. cap. Mulieres, dist. et cap. Nova 10, de Pœnit. et remiss. Communis 32, ac certa.

(15. Hermaphroditus, qui prævalente sexu virili per dispensationem apostolicam fuit valide et licite ordinatus, si postea in ipso prævaleat sexus femineus, retinet quidem illum characterem sacerdotalem animæ impressum, cum sit indelebilis; attamen fieret iterum irregularis; imo non posset amplius valide consecrari, vel absolvi, quia non esset amplius mas, cui soli ex voluntate Christi competit potestas sacerdotalis; card. de Lugo in Respons. moral. l. 1, dub. 31, num. 4; La Croix lib. vii, num. 496. (16. Hic tamen casus non videtur naturaliter possibilis; quia vir nunquam transit in feminam, nec id fieri posse affirmant medici, ut notat cardinal. de Lugo loc. cit., num. 3, et jam fuit dictum supra num. 6. (17. Hermaphroditus autem, qui sexum femineum mutaret in virilem (ut est casus possibilis, et plures accidisse refert Plinius lib. vii, cap. 4, et plures alii, et patet ex supradictis num. 3), valide quidem ordinaretur, sed illicite sine Pontificis dispensatione; valide, quia verificaretur vere quod esset masculus, et præexistencia sexus feminei non officeret, quia consideraretur quod modo esset, et non quod erat prius; illicite vero, quia esset irregularis ratione deformitatis; arg. cap. Presbyterum 2, de clerico ægrotant. unde indigeret Pontificis dispensatione ut licite posset ordinari; Pontifex enim potest tollere omnem irregularitatem proveniente a jure ecclesiastico, cum possit supra illud dispensare; textu expresso in cap. Proposuit 4, de concession. præbend., ibi: « Qui secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare; » Rosignol. loc. cit., n. 12, et alii citati supra, num. 12.

(18. Hermaphroditus non admittendus ad professionem, neque in monasterio sexus in ipso prævalentis, Donatus, Prax. rerum regul. t. II, tract. 9, q. 5, n. 1; Pellizar. de Monialib. c. 3, n. 32; Monacel. l. c., n. 29, et alii. (19. Et sic expresse declaravit sac. congr. Conc. in dub. Professionis, 6 Decembr. 1721, his verbis: « Hermaphrodita mulier, recepta in aliquo monasterio non est admittenda ad professionem, etiamsi sexus femineus prævaleat, » sic refert Ursaya in Miscellaneo sacro et profano, canonico, et civili, part. 1, litt. H. n. 1. (20. Imo Hermaphrodita si fiat monialis, professio irrita est. Sic expresse decrevit sac. congregat. Conc. in Spoletana, 14 Martii 1722, apud Ursayam loc. cit. (21. Hinc si femina profiteatur in monasterio monialium, et postea, erumpente sexu virili, evadeat vir, professio non durat: quia non censetur se voluisse obligare, nisi ad professionem monialium, cujus est incapax;

cum ergo non valeat professio viri in monasterio monialium, ut tenent communiter doctores cum Pignatell. tom. IV, consult. 34, num. 5, sequitur etiam irritari professionem monialis in virum mutatæ, quia professio redacta est ad casum a quo incipere non potest, nec esse, ut per Bald. in l. Si Gaudentius, Cod. de contr. expt. Et ita in praxi observatum esse testantur passim doctores, quos refert, et sequitur Diana part. v, tract. 14 Miscellan., resol. 49; Lugo loc. cit., num. 2, et signanter observatum est cum Flavio Cherubin, qui prius fuit monialis, et postea factus est presbyter et canonicus, ut fuit dictum supra, num. 3.

(22. Hermaphroditus potest valide et licite contrahere matrimonium conformiter sexui prævalenti, id est ut vir, si prævaleat sexus virilis, et ut femina, si prævaleat sexus femineus; communis cum Baldo in l. Quæritur 10, ff. de statu hominum; Sanchez de Matrimo lib. vii, disp. 106, num. 4; Pirhing lib. iv Decretal., tit. 15, num. 3; Reiffenstuel. ibid. num. 22. Et ratio est quia Hermaphroditus censetur masculus, si prævaleat virilis, et femina, si prævaleat femineus; textu expresso in l. Quæritur 10, ff. de statu hominum, ibi: « Quæritur, Hermaphroditum cui comparemus? et magis puto, ejus sexus existimandum, qui in eo prævaleat. » (23. Non potest tamen nec valide, nec licite contrahere matrimonium conformiter sexui inferiori, seu debiliori, et minus potenti; quia contrahendo secundum sexum inferiorem, et minus potentem, seu debiliorem, contraheret cum persona ejusdem sexus; Rosignol. in univers. de Matrimo contract. 15, de Matrim. 2, prænotat. 17, num. 66, in fine, et alii. (24. Si vero uterque sexus sit æqualis, et nullus prævaleat, tunc potest contrahere matrimonium pro libitu, vel ut vir, vel ut femina, dummodo alteri sexui perpetuo renuntiet, et prius juret, quod in posterum nonnisi secundum sexum semel electum copula uti velit; arg. cap. Presbyteros 16, quæst. 1, et cap. Diversis, de clericis conjug., et l. Si plures, ff. de Pactis; Gutierrez de Matrim. disp. 119, n. 1; Silvester verb. Hermaphroditus in fine; Sanchez loc. cit.; Pirhing. loc. cit.; Reiffenstuel. loc. cit., nu. 23; Rosignol. loc. cit., num. 67, et alii passim. (25. Nec potest talis Hermaphroditus, conjugæ suo defuncto, postea, secundum alium sexum licite nubere, quamvis, si ita nuberet, matrimonium validum esset, utpote nullo jure irritum; Rosignol. loc. cit. n. 68; Reiffenstuel. loc. cit., num. 23; Sanchez loc. cit., et alii supra citati.

(26. Nec valet objicere, quod sicuti ex dictis, quando in Hermaphrodito est æqualis uterque sexus, et nullus prævaleat, ipse est incapax ad ordines et ad professionem, ita debeat esse incapax ad matrimonium. Non valet, inquam, quia longe dispar est ratio de matrimonio, ac de sacris ordinibus, et professione religiosa; ideo enim participans æqualiter de utroque sexu est incapax ad ordines et ad professionem, quia cum talis non magis sit masculus quam femina, non

dicit capacitatem ad ordines ex quo subjectum capax ordinum debeat esse vere, et determinate masculus, propter indecentiam, quam dicit femina ad ipsos ordines. Nec etiam dicit capacitatem ad professionem religiosam propter scandala et pericula incontinentiæ, quæ inde timeri rationabiliter possunt, ex quo Hermaphroditus sit sufficiens et aptus ad explendam malitiam incontinentiæ, et provocandam libidinem in quacunque religiosa familia admitteretur. Supradicta autem indecentia, et dicta scandala, et pericula incontinentiæ non possunt rationabiliter timeri in matrimonio contracto, secundum unum, vel alterum electum sexum sub juramento de non variando, cum Hermaphroditus plenissimam habeat facultatem vacandi copulæ conjugali secundum sexum electum, ut sibi magis placitum; Sanchez de Matrim. lib. vii, disp. 106, num. 10; Rosignol. loc. cit., n. 68, et alii passim.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(27. De variis Hermaphroditorum speciebus non una est scriptorum opinio. Videsis Moller. de Hermaphrodit. cap. 2, per tot. Breviter vero hic agendum de habilitate, vel inhabilitate Hermaphroditi in vita conjugali, tum quoad juris effectus.

(28. Ad primum quod attinet, Hermaphroditus si sexum habeat potentiorum, potest utique juxta eum matrimonium contrahere. (29. Sed ut matrimonium legitime contrahatur, ante omnia requiritur, ut inspicatur an revera in Hermaphrodito prævaleat sexus ille secundum quem contrahere intendit. Committenda hæc inspectio medicis, et chirurgis, quin etiam, quandoque obstetricibus. Quod si detrectet Hermaphroditus hanc inspectionem, ad matrimonium nequaquam admittendus; Moller. de Hermaphrod. c. 6, p. mihi 178.

(30. Si ex inspectione appareat quod Hermaphroditus in nullo sexu prævaleat, quæri solet quid hoc in casu agendum? Sunt qui tenent pollere Hermaphroditum arbitrio eligendi unum sexum, eoque utendi, modo tamen is juret se non esse abusurum altero sexu; vide Moller. de Hermaphrod. dict. cap. 6, pag. mihi 182.

(31. Quod si Hermaphroditus in utroque sexu potens sit, quæstionis est, an possit, et uxorem ducere, et simul etiam viro nubere? Negat, et quidem recte, Moller. de Hermaphrod., dict. cap. 6, d. pag. mihi 182. (32. Major quæstio est, num hic Hermaphroditus potens in utroque sexu, dum est viduus, possit nubere viro ut femina? Affirmant Sanchez de Matrim. lib. vii, disp. 106, n. 8; Trullench. de Sacram. lib. vii, cap. 9, dub. 16, n. 3. At negant Lara in Compend. Vit. Homin. cap. 11, num. 49; Moller. de Hermaphrod. dict. c. 6, pag. mihi 184. (33. Subdit autem Lara loc. cit. quod si sexus, secundum quem prius contraxit, finito matrimonio frigescat, alter autem incaluerit, et se continere nequeat, consulendus est Summus Pontifex, qui poterit hanc licentiam dare. Vide et alias easque curiosas quæstiones de habilitate vel inhabilitate Hermaphroditi, in vita

conjugalī apud Moller, de Hermaphrod. diet. c. 6, per tot.

(34. Quod alterum concernit, is qui perfectus mas est, vel utroque sexu valet et virilem tantum elegit, quoad juris effectus inter viros connumeratum et ad res officiaque viris tantum concessa, admittitur.

(35. Intellige vero de jure civili. Nam quoad effectus juris canonici, et officia secundum ejus requisita obeunda non reputatur uti mas. (36. Unde nequit ingredi religionem, admitti ad ordines ecclesiasticos, esse rector alicujus universitatis, esse judex, etc. Confer. Moller. de Hermaphrod. c. 7.

(37. Quinimo nec etiam quoad omnes effectus juris civilis habetur pro mare. Ad omnino Moller, de Hermaphrod. diet. cap. 7, per tot., qui rem pro dignitate tractat.

ADDITIONES EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

(38. Hermaphroditum species ex Moller. loc. cit. in Addit. quatuor sunt, quorum alii sunt, in quibus praevalent sexus femineus, et inter feminas recensentur; alii, qui neque viri, neque feminae sunt ob utriusque sexus imperfectionem, ac inter spadones connumerandi; aliique demum, qui in utroque sexu perfecti, et potentes maris, et feminae munera possunt obire, ea tamen restrictione ut sub n. 35; sic illos distinguit Constant. vot. decis. 281, in addit., num. 10.

(39. Quæstionem de duobus Hermaphroditis movet Perez, de Matrim. disp. 37, sect. 15, an scilicet valide inter se contrahere

HIERARCHIA ECCLESIASTICA.

ARTICULUS EX EDITIONE BARBIELLINIANA

SUMMARIUM.

1. Hierarchia sacrorum principatus potius quam sacer principatus, definienda. — 2. Quid Hierarchia sit spectata primæ materiæ, deinde formæ ratione. — 3. Hincque celebris illa Hierarchiæ partitio in Hierarchia ordinis. — 4. Et jurisdictionis. — 5. 6. Quid sit Hierarchia spectata ratione subjecti,

(1. Hierarchiam vulgo sacrum principatum appellant. Si tamen vocis origo accuratius perpendatur, cl. Petavio de Angel. lib. II, cap. 2, n. 2, assentiendum videtur, haud satis apte id dici, cum potius sacrorum principatus veluti ἡ τῶν ἱερῶν ἀρχή sit definienda. Sicut enim, inquit vir doctissimus, τριεραρχία dicitur ἡ τῶν τριῶν ἀρχῶν, praefectura triremium; ita non ἡ ἀρχή, sed ἡ τῶν ἀρχῶν erit Hierarchia. Quamobrem S. Maximus initio commentariorum ad Dionysium quisquis ille fuerit, aut quocumque demum saeculo scripserit (de quo nunc nobis inquirendum non est) de celesti Hierarchia ait: « Sciendum est igitur, Hierarchiam quidem esse principatum, ac ve ut curam ordinandorum sacrorum. » Quod si monarchiam unius principatum dicimus, cum unus praesit in republica; non inde sit, Hierarchiæ nomine sacrum principatum significari, quod ii, qui primas inter Christianos in Ecclesia tenent, sacrorum potantur principatu. Nam sacer quidem principatus jure ac merito sacrorum

possint matrimonium. Idem quæstionis auctor se valde dubium in ea definienda initio fatetur, postmodum vero concludit tale matrimonium esse illicitum atque invalidum, cum ipse naturalis ratio ab usu ipsorum corporum promiscuo maxime abhorreat.

(40. Contrariam opinionem defendit Mattheus Sanz. contr. 48, a n. 54 ad 86.

(41. Verum in hac controversia ab opinione Perez recedendum non est; cum enim inter unum, eundemque virum, ad unam, eandemque feminam matrimonium consistat, hinc est, quod Hermaphroditus vel ut semper masculus, vel ut semper femina nubere debet, quod excludit promiscui usus facultatem in duobus Hermaphroditis. Vid. Const. vot. dec. 281, n. 17; Averi de Matrim. q. 13, sect. 2; Verricell. de Mission. quæst. 196, dub. 5; Capon. discept. 220, n. 1, etc.

(42. Idque etiam evincitur ex iis, quæ habent Sanchez de Matrim. lib. VII, disput. 107, n. 7; Perez n. 5; Trullench. lib. VII, cap. 9, dub. 16, n. 37, et sibi parum constans Mattheus Sanz. disput. 45, n. 19 et 20. Nam si prius quam Hermaphroditum matrimonio parochus intersit, debet idem Hermaphroditus sexum eligere, in quo velit nubere, et coram iudice ecclesiastico jurare se nunquam præter electum sexum usurum; resolutam habemus quæstionem de promiscuo Hermaphroditum usu, siquidem ante matrimonium et sexum eligere, et præter electum se alio nunquam usurum debent jurare.

et quas hominum classes complectatur ex Eusebio, Hieronymo et Dionysio. — 7. Celebrior in clericis, et laicos Hierarchiæ divisio. — 8. 9. Confutatur paucis protestantes, qui Hierarchiæ et nomen, et rem de medio tollere conantur. — 10. Mendacium de Germanis canonis, quo Tridentinum concilium Hierarchiam a Christo ordinatam definiit, intercedentibus.

principatus appellabitur. Verum id potius ad rerum huic principatu obnoxiarum naturam pertinet, quam ad nominis vim, quæ sola a nobis cum Petavio consideratur. Imo quemadmodum spectato vocis etymo monarchia non unus principatus est sed unius, ita Hierarchia non sacer, sed sacrorum principatus erit.

(2. Atque hæc de Hierarchia, si materiæ, circa quam versatur, rationem, spectatur, accipi velim; hac enim ratione sacra solummodo respicit, non personas ipsas ac sacrorum administratores, quibus Hierarcha praesideat. Hoc autem altero modo, qui ad personas refertur et secundum formam dicitur spectata, Hierarchia quemadmodum a Petavio monemur, loc. cit., nu. 4, dupliciter patet. Aut enim quemcumque gradum, et sacrum praefectura significat: sicque in Ecclesia sicuti varii sunt principatus, curationesque sacrorum; velut in episcopo, in presbytero, in diacono, ac reliquis gradibus; ita et diversæ sunt potestates, ac jura functionum

obeundarum, quorum alia inferiora, alia superiora sunt, et in his illa continentur. Hoc modo non in solis episcopis Hierarchia cernitur; nec ii soli Hierarchæ vocantur, aut ad Hierarchiam pertinent: sed clerici etiam omnes, ac ministri, quantalacunque potestate præditi. Aut jurisdictionem tantummodo complectitur, et sacrorum magistratum. Atque hoc modo ministerium quidem designat, sed cum imperio conjunctum, quod latius patet, eo nobilior Hierarcha erit, donec per varios gradus ad supremam, quæ in romano pontifice exstat jurisdictionis potestatem ascendamus. Libet hic Dionysii, quem supra appellavi, verba recitare ex ejus Ecclesiastica Hierarchia cap. 1 « Nostra igitur Hierarchia (humana scilicet, atque ecclesiastica munus dicitur, et est; omnia quæ in ipsa sunt sacra complectens: per quod initiatus divinus Hierarcha, omnium, quæ ad se pertinent, sacratissimorum particeps erit: ut qui ab Hierarchia nomen adeptus sit. Ut enim qui Hierarchiam dicit, sacrorum simul omnium ordinationem dicit: ita qui Hierarchiam dicit, a Deo institutum, ac divinum virum significat, omnis sacræ cognitionis intelligentem: in quo liquido, ac perspicue Hierarchia omnis, quæ ad eum pertinet, perficitur, et cognoscitur. »

(3. Hierarchiam primo quem explicuimus modo spectatam, Hierarchiam ordinis vocamus; ea autem nihil est aliud, ut recte ait Benedictus Zallwein Principior. Jur. Eccles. tom. IV, p. 105, quam « Certus hominum status a Christo ad ministerium spirituale, et præcipue administrationem sacramenti Eucharistiæ per singularem deputationem, et ritum (qui demum sacramentum Ordinis est) assumptus, varios involvens gradus, quorum alii superiores sunt, alii inferiores, ut mediantibus his perveniat ad gradum presbyteratus, et inde ad culmen sacerdotii quod est episcopatus. » Ecclesia græca tres tantum hujusmodi gradus agnovit, presbyteratum, diaconatum, et lectoratum; septem Ecclesia latina, saltem a sæculi tertiis, presbyteratum, diaconatum, qui semper majores ordines habiti sunt; subdiaconatum, qui in pluribus Occidentis ecclesiis diu minoribus ordinibus adscriptus fuit, ac tandem ubique ad majores accessit, lectoratum, exorcistatum, acolythatum, et ostiariatum, quos hodieque minores ordines dicimus.

(4. Hierarchia porro, quam secundo loco innuimus, Hierarchia jurisdictionis dicitur, eodemque D. Zallwein auctore describi potest sacer (imo sacrorum, ut initio docuimus). « Principatus inter ministros, et rectores ecclesiæ a Christo cum certa subordinatione inter ipsos constitutus, vi cuius aliqui ampliori, aliqui minori auctoritate, et potestate (quæ propterea potestas jurisdictionis nuncupatur) sunt instructi, hocque modo et sibi, et cæteris præsent. »

(5. Potest præterea Hierarchia considerari ratione subjecti, in quo versatur. Hac autem ratione non solos sacrorum antistes et administratores complectitur, qui, ut ait Dionysius, purgandi, illuminandi, perficiendi functio-

nes exercent; sed eos etiam, qui illis subiecti sunt, et ipsorum efficientiam in sese recipiunt. Quare Eusebius Demonstr. Evang. lib. VII, cap. 3, tres eorum, qui ad Hierarchiam pertinent, ordines gradusque numeravit: « unum quidem præfectorum (τῶν ἡγουμένων) duos autem, qui subiecti sunt, cum sit Ecclesia Christi populus in duos ordines distributus, in fidelium ordinem, et in eum, qui nondum est ad lavacrum regenerationis assumptus. » Hieronymus quidem in c. XIX. Esaiæ quinque Ecclesiæ ordines recenset, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles et catechumenos; sed illi tres præfectorum seu τῶν ἡγουμένων classem constituunt, reliqui ad Eusebianam partitionem revocantur.

(6. Luculentiorum quendam divisionem Dionysius invexit. Docet enim de Eccles. Hierarch. cap. 5, in tria dividi Hierarchiam, in τελετὰς sacra, et cæremonias ἱερέας, qui sunt sacrorum præsidēs, et τελοῦµένους qui sunt initiati. Hos autem deinde ibid. cap. 6, tres in classes tribuit. Prima catechumenos, qui adhuc purgantur, ac poenitentes, et energumenos complectitur. Secundam obtinet populus, qui jam initiatus, ac mysteriorum particeps illuminari dicitur. In tertia sunt monachi, qui omnium perfectissimum statum sibi vindicant. Quamquam monachorum ordines majori ex parte cum sacerdotio et clericatu juncti nunc sunt, implicati. Quamobrem non solum in posteriore ista significatione Hierarchiæ locum modo habent, sed etiam in priore, quatenus præter summos Hierarchas, inferiores etiam gubernatores, ac ministros amplectitur.

(7. Sed nulla Hierarchiæ altero hoc, quem designavimus, modo intellectæ celebrior partitio, quam quæ illam in clericos, et laicos, seu plebem tribuit. Pauca veterum Patrum hanc in rem testimonia ascribo. « Et quamquam sciam, inquit S. Cyprianus, ep. 59 al. 35, edit. Oxon., pro mutua dilectione, quam debemus, et exhibemus invicem nobis, florentissimo illic clero tecum præsententi, et sanctissimæ, atque amplissimæ plebi legere te semper litteras nostras: tamen nunc, et admoneo, et peto... ut etiam petente me facias. » Epistola vero 62, al. 60, ait: « Misimus autem sestertium centum millia nummorum, quæ isthic in ecclesia, cui de Domini indulgentia præsumus, cleri et plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt. » Cypriano æqualis Cornelius Romanus Pontifex ad Fabium Antiochenum de episcopo quodam scribens, qui imprudens Novatiano manus cum imposuisset, facti deinde poenitens in Ecclesiam redierat, « intercedebant, » inquit tom. I, epistol. RR. PP., edit. Const., col. 155, « non solum omnis clerus, sed etiam multi laicorum. » Antiquior utroque Tertullianus eandem indicavit Hierarchiæ divisionem, cum lib. de Monog. cap. 12, Montani partibus addictus, catholicos aientes, non laicos, sed ecclesiasticos monogamos esse oportere, nugaciter redarguit his verbis: « Unde episcopi, et clerus? Nonne de omnibus? Si non omnes monogamiæ tenentur,